

# Textcorpus Latein für Geisteswissenschaftler Schöpf

## Inhaltsverzeichnis

1. Begegnung zwischen Alexander d. Gr. und einem Piraten. Eine Anekdote
2. Caesar bereitet sich auf einen Kampf gegen die Helvetier vor
3. Cicero. Aus der Gerichtsrede gegen Verres. Mythos der Ceres von Henna
4. Cicero. Anklage wegen Kunstraub. Raub der Diana von Segesta
5. Märtyrertod des Heiligen Florian
6. Einhard. Aus dem Leben Karls des Großen
7. Über den Soldaten, dessen Kämmerer der Teufel war. Mirakelhandschrift
8. Johannes de Saxonia. Eine Elster als Zeugin einer Ehebrechergeschichte
9. Erasmus von Rotterdam. Erlebnisse in einer Herberge. Ein Reisebericht
10. Poggio. Der ewige Frieden. Eine Fabel



### **!** Kommentar:

**Kolometrische Schreibweise:** d.h. Hauptsätze beginnen ganz links, Gliedsätze sind eingerückt

***Fett kursiv*** gesetzt sind folgende Formen:

- a.c.i.
- n.c.i.
- Partizipien (mit kongruentem Bezugswort)
- nd-Blöcke
- (...) Ergänzung, Erklärung, Vokabelangabe

# 1. Begegnung zwischen Alexander d. Gr. und einem Piraten. Eine Anekdote

(Gesta Romanorum 146)

1. Tradit Augustinus<sup>1)</sup> *Dionidem*<sup>2)</sup> cum galea<sup>3)</sup> longum tempus in mari homines *spoliavisse*.

2. Qui cum iussu Alexandri Magni<sup>4)</sup> multis navibus quaesitus et captus esset, Alexandro praesentatus est.

3. *Ei quaerenti*,

cur inimicus maris esset,

respondit: „Num tu, Alexander, inimicus totius orbis terrarum es?

4. Nam quia ego hoc ago una galea<sup>3)</sup>,

latro vocor;

at *tu* totum mundum *opprimens* magna multitudine navium, diceris imperator.

5. Sed si fortuna mihi faveret, sicut tibi,

fierem melior.

6. Tu autem quanto<sup>5)</sup> fortunatior es, tanto<sup>5)</sup> deterior (es).“

7. Alexander respondit:

„Fortunam tibi mutabo,

ne malitia tua fortunae adversae, sed meritis tuis adscribatur.“

8. Sic pirata ab Alexandro ditatus est<sup>6)</sup>, et ecce de latrone factus est defensor iustitiae. (113 W.)

---

1) Augustinus,i: Augustinus, christl. Philosoph, 4. Jh. n. Chr.

2) Dionides, is: Dionides, Seeräuber

3) galea, ae: Galeere

4) Alexander, ri Magnus, i: Alexander d. Gr.

5) quanto - tanto: (Abl. mensurae): je – desto

6) dito 1: reich machen

## Übersetzung

Augustinus überliefert, Dionides habe mit einer Galeere lange Zeit auf dem Meer Menschen beraubt. Als dieser auf Befehl Alexander d. Gr. mit vielen Schiffen gesucht und gefangen genommen worden war, wurde er Alexander vorgeführt. Auf seine Frage, warum er ein (Feind des Meeres) Seeräuber sei, antwortete er ihm: Bist etwa du, Alexander, ein Feind der ganzen Welt? Denn weil ich das mit einer (einzigen) Galeere tue, werde ich (See)räuber genannt, aber du, der du die ganze Welt mit einer Vielzahl von Schiffen überfällst, wirst Herrscher genannt; aber wenn mich das Schicksal besser behandelte sowie dich, würde ich besser; du aber, je gewogener dir das Schicksal ist, um so schlechter bist du.“ Alexander antwortete: „Ich werde (dir das Schicksal) dein Schicksal wenden, damit deine Schlechtigkeit nicht deinem ungünstigen Schicksal sondern deinen Taten zugeschrieben wird.“ So wurde der Pirat von Alexander reich gemacht, und siehe, aus dem Seeräuber wurde ein Verteidiger der Gerechtigkeit.

## 2. Caesar bereitet sich auf einen Kampf gegen die Helvetier vor (Caesar, Bell.Gall. 1, 22)

1. Prima luce,

cum totus mons a Labieno<sup>1)</sup> teneretur,

Caesar ipse ab hostium castris non longe aberat.

2. Copias suas in proximum collem subduxit<sup>3)</sup> et aciem instruxit<sup>4)</sup>.

3. Labienus<sup>1)</sup> - ut ei a Caesare praeceptum erat -

**monte occupato** nostros<sup>2)</sup> exspectabat proelioque abstinebat,

ut postea omnes undique (von allen Seiten) et eodem tempore impetum in hostes facere possent.

4. Per exploratores Caesar **montem a suis militibus teneri** cognovit

et quodam intervallo hostes secutus est;

tria milia passuum<sup>5)</sup> ab eorum castris castra sua posuit<sup>6)</sup>.

5. Helvetii<sup>7)</sup>,

cum **Romanos proelium non committere**<sup>7)</sup> viderent,

animum ceperunt<sup>8)</sup> et nostros<sup>2)</sup> insequi et lacessere coeperunt.

6. Postquam id animadvertit Caesar,

copias in collem subduxit<sup>3)</sup> et equitatum misit,

ut hostium impetum sustineret.

7. Ipse interim in colle medio (auf halber Höhe des Hügels) triplicem aciem instruxit<sup>4)</sup>.

8. In summo iugo (auf d. höchsten Joch, ganz oben) duas legiones,

et omnia auxilia (Hilfstruppen) collocavit ac totum montem hominibus complevit.

9. Iussit **sarcinas** in unum locum **conferri** et **eum locum muniri**.

10. Etiam **Helvetii** cum omnibus suis carris **secuti**

impedimenta (in) uno loco collocaverunt;

11. Ipsi **reiecto nostro equitatu** sub nostram aciem successerunt<sup>9)</sup>.

12. Caesar **omnes equos removeri** iussit,

ut spem fugae tolleret,

et proelium commisit<sup>7)</sup>. (162 W.)

---

1) Labienus, i: Labienus (ein Offizier Caesars);

2) nostri, orum: die Unseren (= unsere Soldaten)

3) subduco 3, duxi: (von unten) hinaufführen;

4) aciem instruere: eine Schlachtreihe aufstellen;

5) tria milia passuum: „3000 Doppelschritte“, d. h. 3 Meilen;

6) castra ponere: das Lager aufschlagen;

7) proelium committere, misi, missus: den Kampf beginnen

8) animum capere, cepi: Mut fassen

9) succedo 3, cessi: (von unten) heranrücken

### 3. Aus Ciceros Gerichtsrede gegen Verres. Mythos der Ceres von Henna

(Cic., Verr, II.,4,106)

In seiner Gerichtsrede gegen Verres beschreibt Cicero die mythische Vergangenheit der Stadt **Henna** (Sizilien). Durch die Schilderung des Mythos der Fruchtbarkeitsgöttin **Ceres** und deren von **Dis** geraubten Tochter **Libera**, die Ceres dann auf der ganzen Erde sucht, zeigt Cicero die Bedeutung dieser Göttinnen und damit die besondere Skrupellosigkeit des Verres, die auch vor Sakralgut nicht halt macht.

1. Vetus est haec opinio, iudices (Vok.),

quae constat ex (bezeugt sein in) antiquissimis litteris ac monumentis Graecorum,  
**isulam Siciliam** (Sizilien) **totam** Cereri<sup>1)</sup> et Liberae<sup>2)</sup> **consecratam esse**.

2. Hoc cum ceterae gentes sic arbitratae essent,  
ipsis Siculis ita persuasum est<sup>3)</sup>,

ut **id** in animis eorum **insitum** (eingepflanzt) atque **innatum esse** videatur.

3. Nam **has deas** in his locis **natas esse** arbitrantur,  
et **Liberam**<sup>2)</sup>,

quam etiam Proserpinam<sup>2)</sup> vocant,  
ibi ex nemore Hennensium<sup>4)</sup> **raptam esse**.

4. Qui locus,

quod in media est insula situs,  
umbilicus Siciliae nominatur.

5. Quam (= Liberam) cum Ceres<sup>1)</sup> investigare et conquirere vellet (von volo),  
(**Ceres**) dicitur **inflammavisse** taedas (Fackel) iis ignibus,  
qui ex vertice Aetnae<sup>5)</sup> erumpunt.

6. Tum **ipsa** eas taedas **ferens** omnem orbem terrarum peragravit.

7. Circa Hennam<sup>6)</sup> plurimi lacus lucique sunt.

8. Prope est quaedam spelunca infinita altitudine.

9. Siculi<sup>3)</sup> arbitrantur ibi **Ditem**<sup>7)</sup> repente cum curru **apparuisse**

et (**Ditem**) **virginem** ex eo loco **raptam** secum **asportavisse**

et (**Ditem**) non longe a Syracusis<sup>8)</sup> **penetravisse** sub terras. (ca. 140 W.)

---

1) Ceres, Cereris f. Ceres (Göttin der Fruchtbarkeit)

2) Libera, ae f. Libera = Proserpina, ae: (Tochter der Ceres, als Gattin Plutos Göttin der Unterwelt)

3) Siculis persuasum est: die Sikuler (= Einw. von Sizilien) sind überzeugt (Dat. weil wörtlich: den Sikulern wurde mit Erfolg eingeredet)

4) Hennenses, ium: die Bewohner von Henna (ae), Stadt auf Sizilien

5) Aetna, ae: Ätna, Vulkan auf Sizilien

6) Henna, ae: Henna, Stadt auf Sizilien; (in der Nähe von Henna wurde Libera entführt)

7) Dis, Ditis: Dis, Gott der Unterwelt, der Ceres geraubt hat

8) Syracusae, arum: Syrakus, Stadt auf Sizilien

#### 4. Anklage wegen Kunstraub. Der Raub der Diana von Segesta (Cicero, Verr., II, 4. B., 33)

Der große römische Redner Cicero vertritt als Ankläger die Provinz Sizilien gegen Verres, der als Statthalter Sizilien skrupellos ausgebeutet hatte. Hier zeigt Cicero die Schwere des Verres-Verbrechens am Raub eines Götterbildes der Diana auf, indem er auf die uralte Verbundenheit der Römer zu Segesta, das hohe Alter und die große Verehrung der Diana, sogar bei den feindlichen Karthagern, hinweist.

1. Antiquissimum est oppidum in Sicilia nomine Segesta<sup>1)</sup>,  
*quae ab Aenea<sup>2)</sup> fugiente* a Troia<sup>2)</sup> atque in haec loca *veniente condita esse* dicitur.
2. Itaque Segestani<sup>3)</sup> non solum perpetua societate atque amicitia  
sed etiam cognatione *se* cum populo Romano *coniunctos esse* arbitrantur.
3. Quondam hoc oppidum,  
cum illa civitas cum Poenis<sup>4)</sup> bellaret,  
a Carthaginiensibus<sup>4)</sup> vi captum atque deletum est.
4. Omnia<sup>11)</sup>que,  
quae ornamento urbi esse possent<sup>5)</sup>,  
Carthaginem<sup>6)</sup> sunt ex illo loco deportata.
5. Fuit apud Segestanos<sup>3)</sup> ex aere *simulacrum* Dianae(s. Inhaltsangabe),  
Cum<sup>7)</sup> summa atque antiquissima *praeditum* religione<sup>8)</sup>  
Tum<sup>7)</sup> singulari opere artificioque *perfectum*.
6. *Hoc (simulacrum)* Carthaginem<sup>5)</sup> *translatum* locum solum hominesque mutaverat,  
religionem<sup>7)</sup> quidem pristinam conservabat.
7. Nam (*Diana*) propter eximiam pulchritudinem etiam hostibus *digna (esse)* videbatur,  
ut eam sanctissime<sup>12)</sup> colerent.
8. Aliquot saeculis post P. Scipio<sup>9)</sup> bello Punico tertio Carthaginem<sup>6)</sup> cepit.
9. Qua in victoria<sup>10)</sup> (P. Scipio),  
quod scivit saepissime *Siciliam vexatam* a Carthaginiensibus<sup>4)</sup> *esse*,  
pollicetur *se* omnia<sup>11)</sup> *restituturum esse*.
10. Illo tempore haec ipsa Diana Segestam<sup>1)</sup> reportatur.  
11. Hanc (Dianam) cum iste sacrorum omnium et religionum hostis praedoque  
vidisset,  
flagrare cupiditate coepit.
12. Imperat magistratibus,  
ut eam demoliantur et sibi dent. (163 W.)

### ad 3: Mythos der Ceres

- 1) Segesta, ae: Segesta (Stadt in Sizilien)
- 2) Aeneas, ae / Troia, ae: (Trojanischer Prinz, Ahnherr Roms, der nach der Zerstörung Trojas von Kleinasien nach Westen flieht und u.a. Segesta auf Sizilien gründet)
- 3) Segestani, orum: Segestaner (Einwohner von Segesta)
- 4) Poeni, orum = Carthaginienses, ium: Punier = Karthager (Volk an Küste Nord-Afrikas)
- 5) possent: hier: hätte können (Konj. der . subjektiven Meinung)
- 6) Carthago, inis: Karthago
- 7) cum – tum: sowohl (oder unübersetzt lassen) – als auch besonders
- 8) religio, onis f.: hier: religiöse Verehrung
- 9) P. Scipio: Publius Scipio (röm. Feldherr, erobert und zerstört Karthago im 3. Punischen Krieg endgültig)
- 10) Qua in victoria: Ablativus temporis
- 11) omnia, quae = alles, was (die Karthager aus Segesta als Kriegsbeute deportiert hatten)
- 12) sanctus<sup>3</sup> hier: gewissenhaft

## 5. Märtyrertod des Heiligen Florian

(Passio S. Floriani, Handschrift aus dem 9. Jh.)

*Unter Kaiser Diokletian und Maximilian fanden zu Beginn des 4. Jh. auch auf österreichischem Boden Christenverfolgungen statt. U. a. wurde der römische Beamte Florianus vom Statthalter Aquilinus zum Tod verurteilt. Er wurde am 4. Mai 304 mit einem Stein um den Hals in der Enns ertränkt.*

1. Tum Aquilinus<sup>1)</sup> dedit in Florianum sententiam et iussit **eum** ad fluvium Anesum<sup>2)</sup> **duci** et ibi **praecipitari**<sup>3)</sup> de ponte. 2. Beatus<sup>4)</sup> Florianus, **data** in se huiusmodi **sententia**, ibat **gaudens** et **exultans**<sup>5)</sup> in vitam aeternam, quam Dominus promisit (**iis**) se<sup>13)</sup> **diligentibus**. 3. Ita hilaris pergebat, quasi ad lavacrum duceretur. 4. Cum pervenissent ad locum, ubi eum debebant proicere, ligaverunt<sup>6)</sup> ei lapidem ad collem<sup>7)</sup> eius. 5. Rogavit autem milites, qui eum tenebant, ut permitterent **eum** Dominum **orare**. 6. **Stans** autem contra orientem, beatus<sup>4)</sup> **Florianus extendens**<sup>8)</sup> manus suas ad caelum dixit: 7. “Domine Iesu Christe, suscipe animam meam!” 8. Et oravit quasi horae unius spatium, ita ut (ii), qui eum duxerant, reverentur et timerent eum tangere. 9. Tunc **adveniens quidam** plenus rabie<sup>9)</sup> dixit ad eos: 10. “Quid statis et non facitis iussionem praesidis<sup>10)</sup>?” 11. Et haec **dicens** praecipitavit<sup>3)</sup> eum de ponte in fluvium et statim oculi eius crepuerunt<sup>11)</sup>. 12. **Fluvius** autem **suscipiens** martyrem Christi expavit et - **elevatis undis suis** - in eminentiore<sup>12)</sup> saxo corpus eius deposuit. 13. Tunc **adveniens aquila alis suis** in modum crucis **expansis** eum protegebat. (162 Wörter)

---

1) Aquilinus, i: Aquilinus (für Gerichtsurteile zuständiger Statthalter)

2) fluvius Anesus: Enns

3) praecipito1: kopfüber hinunterwerfen

4) beatus3: heilig

5) exulto1: jubeln

6) ligo1: binden

7) collum, i: Hals

8) extendo3, tendi, tensus: ausstrecken

9) rabies, ei: Wut

10) praeses, sidis: Statthalter

11) oculus crepit: das Auge bricht

12) eminentis, nentis (Adj.): hervorragend

13) se (refl. Pers.Pron.) = Dominum

## 6. Aus dem Leben Karls des Großen

(Einhard, Vita Karoli Magni, 25 ff.)

*Einhard* (um 800 n. Chr.), Biograf Karls, berichtet im Folgenden von Karls Bemühungen sich selbst zu bilden, sowie Bildung und Rechtswesen in seinem Reich weiterzuentwickeln..

1. Karolus erat eloquentia copiosus et poterat, quidquid voluit, apertissime exprimere. 2. Nec patrio tantum (nur) sermone<sup>1)</sup> contentus linguam Latinam ita didicit, ut aequae illa ac<sup>2)</sup> patria lingua<sup>1)</sup> orare soleret. 3. Graecam (linguam) autem melius intellegebat quam pronuntiare<sup>3)</sup> poterat. 4. Ita eloquens erat, ut etiam dicaculus (schlagfertig) appareret. 5. Artes liberales (freien Künste) studiosissime coluit earumque doctores (Lehrer) plurimum *veneratus*<sup>4)</sup> magnis afficiebat honoribus. 6. Temptabat etiam scribere et ad hoc tabulas in lecto sub cervicalibus (Kopfkissen) circumferre (ausbreiten) solebat, ut, cum vacuum tempus (Karolo) esset, manum *ad litteras effingendas*<sup>5)</sup> assuesceret<sup>6)</sup>. 7. Sed parum (wenig) successit<sup>7)</sup> *labor* sero (in später Zeit) *incohatus*.

Post susceptum imperiale nomen<sup>8)</sup> cum (anim)adverteret *multa*<sup>17)</sup> legibus populi sui *deesse*, cogitavit ea, quae<sup>17)</sup> deerant, addere et discrepantia unire<sup>9)</sup>. 9. Sed de his (diesbezüglich) nihil ab eo factum est, nisi quod<sup>10)</sup> pauca capitula (Kapitel) legibus addidit. 10. *Iura*<sup>18)</sup> omnium nationum sub eius dominatu, quae scripta non erant, *describi* iussit. 11. Item (ebenso) barbara et antiquissima *carmina*, quibus veterum regum actus<sup>11)</sup> et bella canebantur, *scribi* iussit memoriaeque mandavit<sup>12)</sup>. 12. Incohavit et(iam) grammaticam patrii sermonis<sup>1)</sup>:

13. Cum Aquisgrani<sup>13)</sup> hiemaret, Idibus Ianuariis<sup>14)</sup> febris (Fieber) valida decubuit<sup>15)</sup>, paucis diebus post *sacra communione accepta* mortuus est anno aetatis suae LXXII. , a. d. V. Kal. Febr.<sup>16)</sup>, tertia hora diei. (180 Wörter)

---

1) **sermo patrius**: Muttersprache; 2) **aeque ac**: gleich ...wie; 3) **pronuntio 1**: sich ausdrücken; 4) **veneror 1**: verehren; hier akt. u. gleichzeitig; 5) **litteras effingere**: Buchstaben formen; 6) **assuesco 3 ad**: daran gewöhnen zu; 7) **succedit**, -cessit: es gelingt; 8) **susceptum imperiale nomen**: Kaiserkrönung; 9) **discrepantia unire**: Widersprüche vereinheitlichen; 10) **nisi quod**: außer dass; 11) **actus**, us: Tat; 12) **memoriae mandare**: der Nachwelt überliefern; 13) **Aquisgranus**, i: Aachen; 14) **Idus, uum**: die Iden = der 13. Jänner; 15) **decumbo 3**, cubui: krank darnieder liegen; 16) **a.d.V.Kal.Feb.**: am 28. Jän., 17) **N.Pl. im Lat.** = N. Sg. Im Dt.: **multa** = viel; **ea, quae** = das, was; 18) **iura** mit Sg. übersetzen



## 7. Über den Soldaten, dessen Kämmerer der Teufel war

(Aus einer Mirakelhandschrift des 13. Jh.)

*Ein Soldat beraubt regelmäßig die Vorbeireisenden. Da er aber andererseits täglich der Mutter Gottes seine Referenz erweist, kann der Teufel, der ihn ständig in Gestalt des Kämmerers beobachtet, seiner Seele nicht habhaft werden. Ein zufällig vorbeikommender Heiliger enthüllt dem Soldaten, wer sein Kämmerer wirklich ist, und jagt den Kämmerer davon. Der Soldat wird ein guter Mensch.*

1. Miles quidam in via communi quoddam castrum habebat et omnes transeuntes (die Vorbeireisenden) sine aliqua misericordia spoliabat. 2. Tamen matrem Dei, virginem Mariam, cottidie salutabat<sup>1)</sup>. 3. Accidit autem, ut quidam religiosus (Heiliger) inde (dort) transitum faceret<sup>2)</sup> et praedictus miles *ipsum* (= *religiosum*) continuo *exspoliari* iuberet. 4. *Quo facto* rogavit (religiosus) praedones, ut ipsum ad dominum suum (= militem) ducerent. 5. (*Religiosus*) *ductus* ad militem autem rogavit, ut *omnes* (alle Leute) familiae suae in castro *congregari* faceret, ut eis verbum Domini praedicaret. 6. Cum autem congregati essent, ait (= dixit): “Nequaquam hic (hier) omnes estis!” *Unus exclamans* dixit, quod (dass) solus camerarius illuc (hierher) non venisset<sup>4)</sup>. 7. Ille vir sanctus autem dixit: “Vere, ille est, qui solus deest. Ducite ad me!” 8. Cum autem vir sanctus *oculos* terribiliter *revolutos* (verdreht) camerarii vidisset, proprius accedere non audebat. 9. Dixit ei: “Adiuro te, per nomen Domini Jesu Christi, - dic: Quis es?” 10. Cui respondit: „Ego non sum homo sed daemon, qui formam hominis accepi et 14 annos apud hunc militem mansi, quia princeps noster me huc (hierher) misit, ut diligenter observarem, quando hic miles Mariae salutationem non diceret. 11. Ipsum (=militem) continuo strangularem<sup>6)</sup> et sic (*miles*) in malis operibus vitam *finiens* noster esset!<sup>6)</sup> 12. Quoniam omni die Mariae salutationem dicebat<sup>5)</sup>, in ipsum potestatem habere non poteram. 13. Ego autem de die in diem<sup>7)</sup> diligenter observavi: Numquam ille Mariam salutare<sup>1)</sup> praetermisit!” 14. Haec (verba) *miles audiens* vehementer obstupuit et ad pedes viri sancti *se proiciens*, veniam postulavit et deinde vitam in melius mutavit (zum Besseren wenden). 15. Tunc dixit vir sanctus daemioni: “Praecipio tibi, daemon, in nomine Jesu Christi, ut hinc (von hier) statim abscedas!” 16. Postquam haec iussit, *daemon abscedens* evanuit. (ca. 195 Wörter)

---

1) Mariam salutare = 5) Mariae salutationem dicere: Maria seine Aufwartung machen

2) transitum facere: vorbeigehen

3) camerarius, i: Kämmerer

4) venisset: Konj. d. subjektiven Meinung, gleicher Konj. im Deutschen!

6) strangularem, esset: auch im Deutschen irrealer Konj. Impf.: würde strangulieren / wäre

7) de die in diem: von Tag zu Tag

## 8. Eine Elster als Zeugin einer Ehebrechergeschichte

(Johannes de Saxonia. Tabula iuris canonici et civilis , 1407)

*Ein eifersüchtiger Ehemann lässt in seiner Abwesenheit seine Frau von einer Elster (pica, ae) überwachen. Doch seine Frau ist schlauer als er.*

1. Quidam homo nimis decoram uxorem habebat et erat zelans<sup>1)</sup> super eam. 2. Cum in quandam civitatem ire voluisset, emit picam<sup>2)</sup> et posuit in cubiculo suo, ut uxorem observaret. 3. Cui<sup>3)</sup> dixit: "Aspice et omnia, quae<sup>6)</sup> gesta erunt, mihi, cum venero, narra!"
4. Mulier, quae *avem illam* se *accusaturam esse* nesciebat, vocavit amicum suum concubuitque cum eo. 5. Maritus autem, cum revertisset, clam picam<sup>2)</sup> interrogavit; quae statim omnia visa rettulit. 6. *Dominus* igitur *iratus uxorem* graviter *puniri* iussit.
7. Mulier vero ancillae suae: "Cur" inquit "turbavisti me *dicendo facinora mea*?"
8. Ancilla respondit: "Non, domina, hoc absit (a me)! Non ego feci talia<sup>6)</sup>, sed pica<sup>2)</sup> omnia dixit domino nostro." 9. Postera nocte, cum vir iterum longius afuisset, mulier cum ancilla consilium *picae fallendae* iniit. 10. Aqua et igne et strepitu effecerunt, ut pica *tempestatem ortam esse* crederet. 11. Mane *viro interrogante*: "Vidistine aliquid?" pica respondit: "Domine, quid potui videre? Tota nocte fuerunt tonitrua et coruscationes<sup>4)</sup> et pluviae." 12. Dixit *homo miratus*<sup>5)</sup>: "Ubi fuit tempestatas? Quomodo hoc mentiris, sic mentita es de uxore mea." 13. *Quo dicto* picam occidit mulierique dona dedit. (166 Wörter)

---

1) zelans, -ntis: eifersüchtig

2) pica, ae f.: Elster

3) cui: gemeint ist die *pica*

4) coruscatio, -nis f.: Blitz

5) miratus: siehe „miror“

6) omnia, quae: N.Pl. von Adj. und Pron. mit N. Sg. übersetzen (alles, was ...); talia ebenso wie omnia, quae

## 9. Erlebnisse in einer Herberge. Ein Reisebericht

(Erasmus von Rotterdam, Colloquia familiaria, 25)

Der Humanist Erasmus von Rotterdam lässt im folgenden Text einen Reisenden berichten, was man erleben konnte, wenn man die Nacht in einer Herberge verbringen wollte:

1. Quod ego vidi, narrabo: Nemo **hospitem advenientem** salutat; ubi diu clamavisti, tandem aliquis **mota manu** roganti<sup>1)</sup> demonstrat, ubi stabulum<sup>2)</sup> sit. 2. Illic<sup>3)</sup> tibi licet equum tuum tractare<sup>4)</sup>, sed nullus famulus manum admovet. 3. Si aliquid causaris<sup>5)</sup>, statim audies: “Si non placet, quaere aliud deversorium!” 4. Etiam aqua parata est, si libet lavare manus, sed plerumque ita munda<sup>6)</sup> est, ut tibi postea alia **aqua quaerenda** sit, qua eam lavationem<sup>6)</sup> abluas. 5. Saepe in hypocaustum<sup>8)</sup> octoginta aut nonaginta homines conveniunt; atque mihi nihil periculosius videtur quam ut tam multi eundem vaporem<sup>9)</sup> hauriant<sup>10)</sup>. 6. Omitto ructus et ventris flatum<sup>11)</sup>; multi sunt<sup>12)</sup>, qui morbis occultis laborent, nec ullus morbus non habet suum contagium<sup>13)</sup>. 7. Si aliquem peregrinae gentis conspexerunt, omnes in hunc **defixis oculis**<sup>14)</sup> intenti<sup>15)</sup> sunt, quasi novum genus adductum sit ex Africa. 8. Adeo<sup>16)</sup> (intenti sunt), ut, postquam accubuerunt, **vultu** in tergum **reflexo**<sup>17)</sup> continenter adspiciant nec oculos dimoveant<sup>18)</sup>. 9. Quodsi **aliquis** ex itinere **lassus** mox post cenam lectum petere cupit, **expectare** iubetur, donec ceteri quoque cubitum eunt<sup>19)</sup>; tum cuique nidus suus ostenditur. (160 Wörter)

---

1) gemeint ist der “hospes adveniens”; übersetzen Sie „roganti“ als Substantiv

2) stabulum, i n.: Stall

3) illic: dort

4) tractare 1: versorgen

5) siehe „causor“

6) mundus, a, um: **Adj.!** im Zusammenhang mit dem Rest des Satzes ist „munda“ hier ironisch zu verstehen

7) lavatio, onis f.: Waschung (mit dem verschmutzten Wasser von davor)

8) hypocaustum, i n.: beheizter Raum

9) vapor, -oris m.: Dunsthitze

10) haurire 4: in sich einsaugen

11) flatus, -us m.: Blähung; hier mit Pl. übersetzen

12) multi sunt, qui (Rel.satz + Konj.): es gibt viele Leute, die (Konj. bleibt unübersetzt)

13) contagium, ii n.: Ansteckung

14) defixis oculis: mit starrem Blick

15) intentus 3: fixiert

16) adeo:so sehr

17) vultu in tergum reflexo: mit nach hinten gewandtem Gesicht

18) dimovere 2: abwenden

19) siehe : ire

## 10. Der ewige Frieden. Eine Fabel (Poggio, Facetiae 79, De gallo et vulpe)

Ein hungriger Fuchs versucht Hahn und Hennen von einem hohen Baum, auf den sie vor ihm in Sicherheit waren, durch eine List herunterzuholen. Er wird vom Hahn durchschaut und seinerseits überlistet.

1. *Essuriens*<sup>1)</sup> quondam *vulpes*<sup>2)</sup> ad gallum<sup>3)</sup> venit, ut gallinas<sup>4)</sup> deciperet. 2. Illae enim *gallo duce* arborem altum, quo vulpi aditus non erat, ascenderant. 3. Cum gallum comiter<sup>5)</sup> salutavisset, “Quid in alto agis”, inquit, “num nondum audivistis hanc rem novam nobis tam salutarem<sup>6)</sup>?” 4. Gallus respondit: “Nequaquam, at nuntia!” 5. ”Huc accessi”, inquit vulpes, ut communicarem<sup>7)</sup> tecum gaudium.

6. Consilium animalium omnium celebratum est, in quo pacem perpetuam inter se firmaverunt, ita ut *omni timore sublato* nulli animali ab altero animali insidiae aut iniuriae facerentur, sed omnes pace et concordia fruerentur<sup>8)</sup>. 7. Licet unicuique<sup>9)</sup> ire secure, quo velit<sup>10)</sup>. 8. Descendite igitur et communiter agamus hunc festum diem<sup>11)</sup>!”

9. *Perspecta* vulpis *fallacia* gallus: “Bonum nuntium”, inquit “adfers et mihi gratum.” 10. Et simul collum<sup>12)</sup> altius protendit<sup>13)</sup> et prospicit<sup>14)</sup> longius. 11. Tum vulpes: “Quid aspicias?” 12. Et gallus: “*Duos*”, inquit “*canes* magno cursu ore patulo<sup>15)</sup> *advenientes*. 13. Tum tremebunda<sup>16)</sup> vulpes: “Valete, inquit, *mihi fugiendum est*, antequam illi canes advenerint”. 14. Et simul coepit abire. 15. Hic gallus: “Quid times? Quoniam pax constituta est, *nihil est timendum*?!” 16. “Dubito”, inquit vulpes, “an<sup>17)</sup> canes decretum pacis audiverint.” 17. Hoc modo dolus dolo illusus est. (162 Wörter)

---

1) esurio4: Hunger haben; 2) vulpes, is f.: Fuchs; 3) gallus, i: Hahn; 4) gallina, ae: Henne

5) comiter: freundlich

6) salutaris, e: vorteilhaft

7) communico1 cum: jem. mitteilen

8) fruor3 (Dep. + Abl.): genießen

9) unus-quisque, unius-cuiusque: jeder einzelne

10) velit (Konj. Präs. v. volo)

11) dies festus, diei festi: Festtag

12) collum, i: Hals;

13) protendo3: vorstrecken

14) prospicioM.: in die Ferne schauen

15) os patulum, oris patuli: offenes Maul

16) tremebundus3: zitternd

17) an: ob